N. A/102-092

Dianthus pelviformis Heuff.

Flora Regensb. bot. Zeitung Ao 1850 pag 625.

Syn. D. cruentus Gri var. micropetalus Panč Verz. der serb. Phan 364

Cyma 8–80 flora compactissima interdum alterutro fasciculo ex ultimis foliis axilliosto aucta, fructifera globosa; bracteis fusco scariosis obovatis in aristam brevem patulam abrupte desinentib., exteriorib. ampliorib (: hinc fors a Heuffelio sic dictus :) in planta hermaphrodita medium calycis aequantib., in ~~planta hermaphrod~~ foeminea eosdem paulo breviorib, inferiorib. tandem refractis; calycis dentibus in pl. hermaphrodita 10 mm longis triangulari acuminatis, in foeminea 8 mm longis ovatis acutiusculis; petalorum laminis purpureis ~~[illegible]~~ ellipticis in unguem paulo angustiorem sensim abeuntib. facie glabris, apice integris emarginatis aut pauci dentatis 1½–2 mm longis in pl. herm. circa calycem reflexis; staminib. in planta herm. porrectis antheris oblongis coeruleis in planta foeminea medium germinis vix superantib., antheris effoetis albis; pistillis in pl. herm. tempore florescentiae vix, in planta foeminea calycem longe superantib.; capsulis longe exsertis, seminib. ovalib. apiculatis, atris, aequaliter insculptis.

Hab. in declivib. herbidis meridiem spectantib. M. Rtanj C. Meksinacens. substrato calcareo.

Flor. Aprili. Majo. Etiam in horto quam omnes alii Dianthi praecociores. Plantae foemineae isolatae semina non proferunt.

Nota 1. A. D. atrorubente All. cui proximus differt: squamis amplioribus in aristam brevem patulam subito contractis, nec in eam adpressam sensim abeuntibus, inferiorib. in capitulo fructifero refractis, petalis glabris, capsulis longius exsertib, seminib. majorib., peculiari statione ac sociali crescendi modo nec non praecociori florendi tempore. Dianthus cruentus Gris et D. liburnicus Bartl. propter capsulas in calycibus profunde immersas longius distant.

Nota 2. E Dianthis capitatis: D. atrorubens All. D. pelviformis Heuff. probabiliter D. cruentus Gris et alii vergunt, ut id de nonnullis Sileneis jam dudum notum in diclynismum, et possunt vel hac peculiari modificatione sphaerae sexualis ab affinib. formis D. Carthusianorum tuto distingui. Alii characteres, ut: quantitas forma ac magnitudo bractearum et earum ad calyces relatio, forma ac color antherarum, capsulae ad calycem relativa magnitudo et seminum forma ac sculptura praebebunt fors stabiliores notas ad dijudicandum valorem specificum Dianthi Carthusianorum affinium formarum quae recentiori tempore in non [illegible] numerum increverunt; quam adusque usitati characteres a foliis eorumque nervatura, vaginarum longitudine, caulis forma, numero florum ac colore partium deprompti. Assiduam horum characterum observationem enixe commendamus botanophilis meridionales et australes plagas perscrutantibus. —